



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædidit usq[ue] in annum
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

Luther, Martin

Basileae, 1520

VD16 L 3411

Ad Lectores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34878

Hæc si quis animaduerneret, facillime concupiscentiam carnis refrenaret; & fortassis citius arriperet institutum uirginitatis, quàm matrimonij. Iuuentus cupiditatum sequax hæc ceu parua æstimat; deus autem non sic, qui iuste iudicaturus magni faciet.

S V M M A.

Si uis ueram agere poenitentiam, summas indulgentias hic & alibi acquirere Christiana
doctrina. feliciter mori, tuam profapiam augeri & amplificari: summa diligentia, totis uiribus conare, ut pueri bene instituantur. Si per te non potes, utere aliorum opera, qui sciunt, possint & uelint: nec parce labori, pecunijs, aut sumptui. Hæc sunt altaria, testamenta, uigiliae & missæ defunctorum: item lumina, quæ tibi lucebunt perpetuo, hic dum uixeris, & alibi post mortem in uita æterna.

F I N I S

AD LECTORES. 

Qui sermones legetis R. P. Martini Lutherij de decem præceptis, qui proxime sequuntur, meminisse debetis ad populum fuisse dictos: qui nisi rudis, quod aiunt Minerua res tradatur, sic doctorem audit, ut lyræ Prouerbia asinus. Itaque uel sententiarum acumen, uel uerborum elegantiam ne expectetis. Siquidem hi sermones ea dictionis simplicitate, nimium extemporalis, qua ad populum e sacra cõcione fuere Germanice pronũciati, hic triuiali stilo sunt æditi, nõ ut doctos delectent, sed ut rudioribus cùm laicis tum sacerdotibus prosint: quorum utilitatis præcipue rationem is habuit, qui inuulgandos curauit. Igitur, quicquid hoc est tumultuarium concionum, boni consulti candidi lectores, & Lutherium non minus purum ac syncerum Laus Martij
ni Lutherij. Christianæ pietatis doctorem, quàm uitæ prorsus inculpatam uirum, amate, & Bene Valete.

O Decem